

Carta Brevis sane de la Sagrada Congregación de Religiosos, de alabanza del fin de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz y Opus Dei; 13-VIII-1946.

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

17/01/2012

AGP, Sezione Giuridica, IV/15091.

SACRA CONGREGAZIONE N. 2777/43

DEI RELIGIOSI

Romae, die 13 augusti 1946

Rev.me Pater,

brevis sane temporis lapsus
pertransiit ex quo Haec Sacra
Congregatio ad Societatis
Sacerdotalis Sanctae Crucis atque
Operis Dei canonicam erectionem ex
actis atque satis abunde probatis
veniam libenter concessit, et iam in
dies ex diversis partibus copiosa et
quidem certa atque authentica
documenta perveniant, quae
Institutum Tuum summopere
laudant et commendant. Satis
superque his documentis

comprobatur quod Sacra Congregatio, re mature perpensa, censuerat circa sanctitatem, necessitatem atque opportunitatem finis et apostolatus quem Institutum Tuum sibi proposuit.

Igitur Tibi, Rev.me Pater, et tuis omnibus qui in sancto, silenti, et arduo apostolatu penetrationis sive inter scientiarum cultores, sive in publicis magisteriis, sive in civilibus omnis generis professionibus strenue adlaborant, ob copiosos iam obtentos hucusque fructus, ob celerem diffusionem quam nacti estis, ob bonum spiritum quo Institutum ducitur ex toto corde gratulamur

Animo volenti in iis quae fortiter incepisti perge, Rev.me Pater, et Tecum pariter pergent atque fideliter omnes, viri et mulieres, sequantur qui quaeve ex divina vocatione tam nobili et sancto Operi adscripti iam sunt et in posterum adscribantur.

Dum cuncta omnia fausta prospera
Tibi, Rev.me Pater, Tuoque Operi
adprecor, Tui addictissimum in
Domino Me profiteor

+ Al. Card. Lavitrano

Praef.

+ fr. L. E. Pasetto

Secr.

Rev.mo Patri D. D. Iosepho Mariae
Escrivá de Balaguer y Albás

Fundatori et Praesidi Generali
Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis
et Operis Dei. Matriti.

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

opusdei.org/es-es/article/carta-brevis-sane-de-la-sagrada-congregacion-de-religiosos-de-alabanza-del-fin-de-la-sociedad-sacerdotal-de-la-santa-cruz-y-opus-dei-13-viii-1946 (05/07/2025)